



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

439. Quid pro uno mense agendum sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

peri solidos tres. Sed adtendat unusquisque
cui dare debeat, sive pro redemptione capti-
vorum, sive supra sanctum altare, sive Dei
servis, seu pauperibus in eleemosyna.

Quid pro uno mense agendum sit.

Vnde supra.

CCCCXXXIX. Pro uno mense quod Burchard. lib. 19. c. 19.
in pane & in aqua pœnitere debet aliquis,
psalmos decantet mille CC. genu flexo; & si
non genu flexo, mille DCLXXX. Et om-
ni die, si vult, & abstinere non potest, refi-
ciat ad sextam; nisi feria quarta & sexta jeju-
net usque ad Nonam. carnem & vinum non
sumat. Reliqua percipiat.

Quid pro una hebdomada.

Vt supra.

CCCCXL. Pro una hebdomada psalmos Burchard. lib. 19. c. 18.
CCC. genua flectendo decantet, aut in uno
loco per ordinem psallat.

Quid pro uno anno.

CCCCXLI. Qui verò psalmos non no- Burchard. lib. 19. c. 20.
vit, & jejunare non potest, pro uno anno
quod jejunare debet in pane & aqua, det in
eleemosyna viginti sex solidos, & in unaqua-
que hebdomada diem unum jejunet usque ad
Nonam, id est, feriam quartam, & alium, id
est, feriam sextam, usque ad vesperam. Et in
tres quadragesimas quantum sumit penset, &
medietatem tribuat in eleemosyna.